

C U P R E S S U S

P O E T I C A

ante ædes

V I R I

Plur. Reverendi, Amplissimi atq; Excellentissimi

DN. GEORGII SEIDELII,

SS. Theol. Lic. Ecclesiæ Annæberg. Pastoris, vicinarumq;
Superintendentis, ut meritissimi, ita vigilan-
tissimi, &c.

Super Obitu

Cordata & omni virtutum laude ornata

MATRONÆ

MARGARITÆ ROMANIÆ,

Conjugis Ejusdem hactenus dilectissimæ, nunc
desideratissimæ;

A. d. XII. Calend. Decemb. An. M DC LVI.

Rebus humanis exempta;

Erecta

ab

AMICIS, FAUTORIBUSQUE

συμπαιθεσιν.



LIPSIÆ, Literis QVIRINI BAVCHI.

*Ze 4895
ant*





Roh! Tua salvificæ Pietatis Perla coruscans,
 Perla Tui cordis, VIR Reverende, fuit!
 Si Pietas, Probitas, præclaræ & stirpis origo
 Quid possent, Conjux viveret usque Tua,
 Sed vivit! vitam vivit super astra beatam:
 Per Mortis callem transit in Patriam.

Ad nomen piè defunctæ respiciens scrib.

Paulus Wagnerus, J. U. D.
 Supremæ Curix Provincialis & Facult.
 Jurid. Assessor Acad. Lips. h. t. RECTOR.

Et meritò luges, præclare Sionis Ocelle,
 SEIDELI, cordis portio cara mei:
 Mors etenim castam peracerbo funere Costam
 Abstulit, in vitâ quæ Tibi fida fuit,
 Quæ fuit eximium veræ Pietatis agalma,
 Quæq; Tui Senii firma columna fuit.
 O durum fatum, quando sic nobile vinculum
 Sacri Conjugii, Morte secante, perit!
 Sed benè! Non obiit Conjux, fidissima Conjux,
 Ex hac cœlestem transit in Patriam.

Leniendo dolori scrib.

Jacobus Weller / D. Sereniss.
 Elector. Saxon. à Conc.
 Aul. prim.

Non



Non leve naufragium pateris, præluce Orion,
SEIDELI, Eusebies, Præco verende DEI;
Dum Tibi, dum domuiq; Tuæ pretiosus Jäspis
Orbis in his sævis syrtibus eripitur.
Jacluram reputans tantam, tantumque dolorem,
Deplorare vicem cogor & ipse tuam.
Ast, cum Matronas inter Matrona beatas
Illa tua, atque choros ludat Olympifatos;
Non ut rapta Tibi, nec nobis flenda Marita est,
In cœlo positum est nobile depositum:
Illic ille Tuus verè splendescit Jäspis
Æternis radiis, lumine inocciduô.

Scribebat condolens Lipsia

Daniel Heinrici, D.
& P. P.

Condoleo Uxoris, SEIDELI, fata dolenti,
SEIDELI, Eusebies gloria magna, Tibi,
Pectore vulnus alis cœlesti cuspide factum,
Qua vulnus fecit, sed manus addet opem.
Deinceps, tranquilla protracto stamine vita,
Te beet omnigenâ prosperitate DEUS.

condoleo

D. Hieronymi Kromayeri,
Prof. Publ. in Acad. Lips.

A 2

Uxo-

UXOREM luges, ego, Vir Rēverende, Sororem?
Sic Mortis morsus vulnus utriq̄ue facit.
O Sævos morsûs! O lamentabile fatum,
Quod Tu jam viduus excipis orbus ego!
Fidendum tamen est DOMINO, quicunq̄ue fatigat
Nos dolor, hunc DOMINI dextra levare potest.
Ergò modum lacrymis pones, Affinis amande,
Hocq̄ue feres mecum jam patienter onus.
At Tu, chara Soror, salve! placidoq̄ue sopore
Compositæ in terrâ sit tibi grata quies!

*Franciscus Romanus, J. U. D.,
Prof. Publ. Sup. Cur. Provinc. &
Fac. Jur. Assessor.*

SEIDELIUM chara semper meminisse marito
Nemo vetet: sibi nam turturis instar erat.
Nec dolor est gravior, quàm cum violentia mortis
Solvit syncerâ corda ligata fide.
Metam pone tamen, Vir per-Reverende, dolori,
Quodq̄ doces alios, ipsemet hoc facias.
REX Vitæ decrevit ita, natura coëgit:
Rectum est atq̄ bonum, quod jubet hic Dominus.
Quidq̄ quod non fortasse diu cariturus es illâ:
Exemptam humanis restituet Dominus.
Dic ergo Domini sit sanctum in secula Nomen:
Abstulit Ille meam; sistet & hanc iterum.

L. Philippus Müller / P. P. & Senior
in Lipsiensi Acad,

Pal-

PAllida dum tumulo dilectæ conjugis ossa
Abscondi cernis, fletibus ora rigas;
Verùm pone modum lacrymis, Venerande Sacēdos
Nam quis stricta necis frangere jura potest?
Cum senibus juvenes, cum divite cædit egenum,
Cum verna dominum, Tros Rutulusvè fiet,
Insuper illius meliori sede locatus
Spiritus, ætheriis lætus inerrat agris:
Nullum ubi morborum genus est, ubi nulla fatigant
Semina curarum, queis agitamur humi.
Quò, Supreme Deus, simul ac mors occupat artūs,
Nos transferre velis, supplice voce rogo.

*Gotfridus Sluterus, S S. Theol. Lic
& Organi Aristot. Prof. Publ.*

SEIDELIO veteri mittendus lessus Amico,
Ipsi dum viduum mors facit atra torum.
Sic voluit Dominus, qui, quod dedit, abstulit idem,
Velle sed hoc Domini non nisi velle bonum est.
Ferte, Vir, hanc, satis ad quamvis exercite, sortem;
Vulnera quæ fecit Dextra ligare potest.

Scrib. Lips.

*Abraham Zeller/ S S. Theol. Lic
ad D. Thom, Pastor.*

Dum durò adversi percussus fulmine fati
Ereptam costam, Vir Reverende, doles;

A 3

Effu-

Effusis meritò lacrymis impertis ademptam,
Sed certus lacrymis debet inesse modus.
Æterno siquidem sic res est visa Parenti,
Cujus sancta sequi Te quoque jussa decet:
Quæ verò imposuit Tibi dextra paterna Jehovahæ
Hoc onus, ut possis esse ferundo, levet!

Lipsiæ debiti honoris ac συμπραδείας testif.

g. scribebat

Martinus Geier / L. Lin. S. Prof. P.
& Verbi Minist.

Piè defuncta,

*Æ Quabam antiquo Romanas nomine Matres;
Virtutum studiò par mihi nulla fuit.
Si dicta est vestro, Vates, Cornelia versu,
Quid vetat, hoc olim me quoq, posse legi?*

M. Fridericus Rappolt, Poës. Prof. P.
& Major. Princ. Coll. Collegiatus.

Huc, ubi Pieridum Tegeæo juncta sodali
Concio per tiliæ ducit amica choros,
Fama doloriferum nobis rumore molesto
Occinuit vulnus, Vir venerande, tuum,
Romanâ de gente satam, tot lustra fideli
Quæ tibi juncta comes hæserat obsequio,
Abstulit uxorem sævæ violentia mortis,
Et senii fecit pondera dupla tui.

Credi-

Credimus, in lacrymas solvi tibi lumina, luctu
Exhaustum pectus credimus esse tibi.
Nec tua non tangunt Philyream damna sororem
Hâc sibi qui raptam cæde queratur, adest.
Parce tamen nimio cerebrum consumere fletu,
Nec tua divino subtrahe colla iugo.
Nam certè Deus est, hâc qui, velut igne metallum,
Explorare fidem vult ratione tuam.
Huic parere memento, aderit lætabilis hora,
Quæ sciet ereptas reddere delicias.

M. Jac. Thomafius, Prof. P.

Quò dotata magis pietate, fideq; jugali
Et virtute olim Margaritis uxor erat;
Hoc ut commodior, sic gratior extitit illa,
Cui nulla è gemmis equiparanda fuit.
Quæ cura, supremo sic disponente Monarchâ,
Desertâ ad superûm tecta recedit humo.
Seideli, tibi corda gemunt tristissima, largis
Perfundunt lacrymis lumina mœsta genas.
Sed benè: fasciculo viventura hac gemma reposita
Servatur, nullo carpitur atque malo,
Restituenda tibi generosior, atque coruscis
Lucidior stellis, nec dirimenda, brevi.

Prov. 31, 10.

1. Sam. 25, 29

Sap. 3, 1.

Ex animo sincerè condolens manu senio
languente hæc sc.

Christianus Nebentrost/ad D.
Mariæ Annæberg. P.

M. 17

Margarita Romana & Seidelia casta!

per Anagramma.

Stas in Gremio DEI, ac amara alterata!

Expositio.

O Splendor ingens, lucidum jubar, decus
Pietatis, inter Fœminas pias pium
Specimen, Mariti vividum solatium,
Cum vita stabat anxio sub corpore,
C deseris thorum? Tuos sic tristibus
enata charos obruis singultibus?
eritò repleta luctibus mens plurimis
idui, genasque lacrymis fufis rigat!

Vir Clare, tincte literis Vir entheis,
esiste, quaeso, lacrymis, luctu abstine:
cientiam, quã præiisti sæpius indigis
olatio, nunc practicè ipse exerceas:
vã volente, vivimus, morimur quoque,
vã jubente, hoc te erigas solamine!

Tu Splendor ingens, lucidum jubar, decus
etatis, inter Fœminas pias pium
ecimen, Mariti vividum solatium,
m *stas*, caducis libera ac mortalibus,
remio in *DEI*, ac *amara* sunt plenariè
unc *alterata* in cœlici choro throni!
lix ter est & amplius, quem suscipit,
ost vitæ amara, gaudium semper manens!

Animo collugenti scribebat Excell. suo Superintendenti

M. Balthasar Suevius, Eccl. Mariæ-
bergensis Pastor.

COpula Conjugii quot, quantaq; gaudia portet;
Non opus est dictu; res ubi testis adest.
Ruptio Conjugii luctus quot pondera portet,
Compertum est Viduo, Vir Reverende, Tibi.
Flebilis est cita mors; Pars demitur altera cordis;
Demitur & vitæ, firma columna, domus.
Sed benè: non dempta est, tantum præmissa, Marita
In requie **DOMINI** vivit & arce poli.
Non ergo inideas: potiùs, Vir Sancte, **JEHOVÆ**
Fidito; qui Viduis novit adesse Viris.

Solatioli loco mittebam

M. Georgius-Christianus **Büttner** /
Bebrenf. p. t. Pastor, ac Ephoriæ Eckar-
tismontanæ Adjunctus prim.

Cujus vita fuit nobis dulcissima, certè
Mors erit hinc nobis ejus amara satis.
Hoc Tibi contingit, multùm venerande Patrone,
Dum Costam charam mors inimica rapit.
Sis patiens, sic dante **DEO**; nunc perfer amara,
In cœlo reddet dulcia **Jova** Tibi.

Συμπάγων apponebat

M. Christianus **Puetscher** / in
oppidulo metallico Ehrenfridis-
torff, Ecclesiæ Pastor.

SCilicet hanc vitam vita inculpata beatam,
Has tibi lætities, has tibi delicias,

B

O de-

O defuncta piè Matrona, hoc quippe brabeum
Ista tibi pietas ignea conciliat.
Hâc laude innumeros inter post funera macto
Te: fruere æternis, euge! beata, bonis.

Adfectus documentum hoc scrib. Lipsia

M. Daniel Müller / S. Theol. Bacc.
ad S. Nicol. Symmista.

Rede der Selig-verstorbenen Frau Kubnen
auff ihrem Todtbette.

Ich bin nun Lebens-satt! bey so gar vielen Jahren/
Entkräftet ist der Leib/ die Glieder ligen matt/
Die Seele sehnet sich im Frieden abzufahren
Aus dieser Kummer-welt/ Ich bin nun Lebens-satt!

Komm du gewünschter Todt! du magst erschrecklich scheinen
Denen / so mehr beliebt der Menschen Lust und Noth/
Ich warte freudig dein: Lebt wohl/ ihr lieben Meinen!
Er stellet sich ja ein/ Komm du gewünschter Todt!

O Himmel nimm mich an! Es hat dich mir erworben
Christus durch sein Verdienst / Er öffnet mir die Bahn
Zu deiner Seligkeit / weil Er für mich gestorben/
So hab ich Theil an dir/ O Himmel nimm mich an!

Also fassete solche ab/ ihr betrübter
Vetter

M. Johann-Ulrich Mayer / der
Heil. Schrifft Baccal. / und bey der
Thomas-Kirchen in Leipzig
Prediger.

Ergö

ERgo tuam lecti traxit, VIR-AMICE, Sodalem
E thalamo in tumulum Mortis avara manus.
Quid facias? Alios quâ consolare Suada
Præsentes lucet snunc quoque deme Tibi.

συλλυπόμενος deproper. Lipsiæ

M. Gottfried-Christian Bose/
ad D. Nicol. Ecclesiastes.

MOrte nihil melius cum sit, quis relinquere faces
Gaudens terrenas, Et ad astricta tendere regna,
Non vellet cum SEIDELI nostri sat amata
Costâ, quæ benè habet. Vitam pro morte recepit,
Pro curis requiem, lachrumis pro gaudia cœli.
Salve ergò aternùm, quæ terq; quaterq; beata
Colloquio fruëris, facie letâq; Jehova.

Animo condol. f.

M. Simon Bach / Græcio-Var.
ad S. Joh. Lipsiæ Pastor.

Ex Alberthaynio.

Si me inter olores deceret strepere anserem, †
Si senem, bis puerum seniles infantias garrire, &
miserum stridenti stipulâ lessū disperdere exanimem,
poëtastrum audire non otiosum esset: hoc quicquid est,
Sanctis manibus Matronæ celeberrimæ, Patris nostri,
Reverendi Domini Episcopi Maritæ ἐν ἀγίοις item
Beatæ datum ex mentis meæ sensu Simeonis ante, *Luc. 2.*

B 2

natum

natum apponere debui, vos ut leni & miti animo
accipiatis, Fratres Dilecti, rogat vestri ordinis & militiae
Sacrae veteranus & gregarius contribulis.

*Domino viduo condolens viduus non-viduus,
forte διοχνησεύμενος senex ille*

Elias Pistorius.

Hic meritò in terris aeternam ducere vitam
Debeat, è terris, qui grave abire putat.
Cur homo longinquae cupias tentamina lucta,
Torquerivè diu per mala fata libet?
Una morte mori melius, quam mille diurnos
Mortium amatores tetrico in orbe pati.
Ridiculum est miserè sua vincula amare ligatum;
Dissolvi à tetro carcere nolle, nefas.
Vivito quisquis aves vivacia secula corvæ?
Non ego: vita vale me poli inescat amor.

E. P.

ΔΙΑΛΟΓΙΣΜΟΣ

θρηνο-παράμυθητικός.

In quo Viduum tristem lamentantemq; Matrona laudatissima, piè defuncta, consolatur.

VIDUUS.

MARGARIDEM vitæ sociam, comitemq; laborum,
Eheu! surripuit Mors truculenta mihi!
Me miserum! quanto curarum torqueor æstu?
Ecquis me lacrymis ora rigare vetet?

Quam

DEF. Quàm jucunda meam pertentant gaudia mentem?
 Gaudia possideo non dirimenda mihi.
 Sed quid? Ego numquid voces agnosco Mariti:
 Agnosco gemitûs, quos ciet Ille graves?
V. Ut tua verba lubens, Conjux dilecta Marito:
 Ut tua chara Uxor, audio Verba lubens!
MARGARIS, ô dilecta mihi dum vita manebat!
 O dilecta mihi dum mea Vita manet.
D. Immodicis cur Te, dilecte Marite, fatigas
 Fletibus? ah! fatum lacryma nulla movet.
 Desine tot gemitûs frustra profundere; ne quâ
 Offendas luctu, qui facit ista, **DEUM.**
V. Deseris heu miserum! Viduô felicior Uxor,
 In tam difficili me statione Virum.
 Quâ cum dulce fuit mihi vivere, quâ sine restant,
 Quæ vivenda mihi tempora; tristis agam.
D. Desine flere meam, Conjux suavissime, mortem:
 Pone modum lacrymis; cedere disce **DEO.**
 Non ego nunc cœco fortunæ perdita casu
 auferor; eveniunt ista volente **DEO.**
V. Novi equidem nobis fato Te nuper ademptam;
 Tristis & hoc novi sic voluisse **DEUM.**
 Unum hoc illacrymo; doleo unum, conqueror unum,
 Tam citò Te nostros deseruisse Lares.
D. Ad Te, quæso, redi, mentemq; resume virilem;
 Cor cohibe, curis quid cruciare malis?

Exemplumque Pii sis & norma optima coetus,
Monstratamque aliis Tu quoque tende viam.
V. At leve non vulnus, si Costa è corpore vulsa
Cedat: an est lacrymas exeruisse, nefas.
Viximus unanimes concorditer ambo. Quid obstat,
Ne memorem cogat funeris esse Tui?
D. Non equidem lacrymare veto: modò parce, Tuasq;
Fletibus immodicis parce gravare genas.
Vir mihi care, vale, carosq; tuere Penates.

AMPECTOR CHRISTUM; SORDIDA TERRA
Vale. Ps. 73.

V. In cassum queror. Ad tempus data rursus ad illum,
Qui dederat, terræ mole sepulta, redit.
Nil profunt fletus. Quæ nunc Tibi justa rependam
MARGARIS? In Tumulo molliter ossa cubent!

*M. Georgius Arnoldus, Scholæ
ol. R. Senior.*

Margarita Seidelia,

divayeau:

Magalia ridet, seria.

MArgaris, en! olim quæ splendidus unio semper
Conjugis in masti corde oculisq; fuit:
In manibus fidis summi, ceu Gemma, Jehovæ
Tutè asservantis jam pretiosa piget.
Quam tenet aula nitens, terræ Magalia ridet,
Seria: percipiens gaudia certa poli.

Risit

*Risit in hoc mundo, fragili sed mente, caduca:
Seria jam stat mens: fœtida terra vale!*

Elias Richter / Joach. Pastor
Raschav.

ROMANAS alii tollant ad sidera *Matres:*
Annia, Sulpitia, aut Fulvia clara cluat.
EN ROMANA alia heic *Matrona* per ora viro-
rum
Claret; fœminei rara *Magistra Chori.*
Plurima Siracides muliebri *Encomia* genti
Fecit: In HAC specimen nobile laudis erat.
Testis erit, quæ HANC donavit, pia *Lipsia*, cunis:
Urbsq; Anna, busto quæ beat, edit idem.
Facta marita bis est; *Certavit uterq; maritus*
Affectu socio huic; ipsa at *utriq; fide.*
Nulla maritales lis fermentavit amores;
Conjugio vixit commoda, grata DEO.
Et *parere*, & partis didicit quoque provida rebus
Parcere; conda suo tempore, proma suo.
Felix, cui tantæ fuit indolis uxor: at idem
Infelix, tantum cui perit, ecce, bonum!
Uxore hac *Conjux* quò *munera* plura tenebat;
Hôc magis *Istius funera* flere decet.
Flere decet: sed nempe *decet* pietatis ad usum;
Agmen inane DEO flet sine lege suos.
Non ita *SEIDELIUS*: scit enim tumularier *istam*
Hand totam; Nec humo sola jacere queat:

Z

Ni, quem *viva* chorum virtutum semper alebat,
In morte & tumulto deseruisse putet?

συνπαθείας ἕνεκα ser.

M. Joh. Vogelhaupt / Sch. Annæ-
berg. Rector.

S O trifft auch Euch der Riß/der Seel und Geist durchdringet/
Das Herze blutend macht/und heisse Thränen zwinget?
Herr Vater/müßet Ihr mit Seuffzen schauen an/
Das Euer ander Ihr ist auff dem Todens-Plan
Bläß und erkaltet steht? Ligt eure Sonne nteder/
Des Hauses Bierd und Glanz? Singt man der Grabe-Lieber/
Die Ewers Herzens Theil? Ach ja/Sie ist vorbei/
Des eiteln Lebens quit/der Angst und Sorgen frey.
Hier ligt was irdisch ist,/ die finstre Leibes-Höle/
Der Geist ist über-sich / die außergehlte Seele
Hat die gewünschte Reiß zu ihrem Gott vollbracht/
Und auß der untern Bahn sich freudig weg-gemacht
In eine bessere Welt. Diß ist der Brauch der Erden/
Daß sie nichts ewigs hält / es muß zerbrochen werden
Was von ihr ist und heist. Was in der Zeit entsteht/
Verdirbt auch in der Zeit und flüchtig untergeht.
Wo/mächtigs Babylon/ist deiner Mauren Stärcke?
Wo/Rhodus/ dein Colosß? Wo/Nilus/deine Wercke?
Und was noch grosses mehr der weisen Künstler Sinn
So prächtig auffgeführt? Das alles ist dahin/
Zerfallen und zerstückt. Die Wunder sind verblichen/
Noch keines ist zur Zeit dem Untergang entwichen.
Das Wunder der Natur / der Mensch/die kleine Welt
Folgt dieser grossen nach. Das Künstliche Gezelt
Und schöne Leibes-Hauß verfällt und gehet unter /

Wird

Wird weniger als nichts. (Das macht der Sünden-Zunder/
Der in uns allen glimt.) Da hilft die Schönheit nicht
Die über Lilgen prangt und Rosen auch absticht:
Nicht Stärke/Tapfferkeit/nicht volle Blüt der Jugend/
Nicht Alter/Weißheit/Kunst/nicht Frömligkeit und Tugend/
Der Todt sieht keines an / was seine Sichel rührt/
Das fällt und beuget sich / das wird zum Grab geführt/
Dem finstern Schlangen-Hauß. Da nimbt die Erde wieder
Was zuvor ihr gewesen / da bricht der Bau darnieder/
Der allzuschöne Bau / des Schöpfers Meister-stück /
Und läset eine Handvoll Staub und Asch zurück.
Doch bleibt das beste Theil. Der Geist kan nicht verderben/
Noch mit dem überzug / dem irdnen Leibe / sterben/
So bald der Mund erblasst / der Wangen Zierd erbleicht /
Und das durch-süste Licht der Augen von uns weicht /
So zeucht die fromme Seel durch die gestirnten Auen
Zu ihrem Himmel zu / und fähert an zu schauen
Was über-irdisch ist / die schöne Himmels-Stadt /
Die nichts als Licht und Glanz in ihren Mauern hat /
Da Gott auch selbst wohnt: Da tausend Cherubinnen/
Und das beflamnte Heer der hellen Seraphinnen /
Das lobens-volle Chor / dem Höchsten warten auff/
Da das erfreute Volck / der Gott-beliebte Hauff
Im Himmels-Zierath prangt. Da ist der Seele Leben/
Frei aller Furcht und Angst / und was sie sonst umbgeben
In ihrem Kercker-Hauß. Kein Regen / Frost noch Blut /
Kein Wetter trifft sie mehr / und was uns wehe thut.
Wohl dem / der also stirbt! soll anders Sterben heißen
Was uns zum Leben bringt. Laß sterben und zerschleiffen
Was Erden an sich trägt. Der Feind der Welt / der Todt/
Kan nicht der Seelen zu / mit ihr hats keine Noth.

E

Sie

Sie lebt bey ihrem Gott / bis jener Tag wird blißen /
Der diesen grossen Bau / diß alles / wird zerstückten
Und gänzlich äschern ein / denn wird mit Freud und Ruhm
Sie wieder nehmen an ihr altes Eigenthum /
Doch besser außgezert / vom Untergang befreyet /
Der Sterblichkeit entsetzt / und durch und durch verneuet /
Ganz Himlisch und verklärt / an Krafft und Stärcke reich /
In Schönheit / Glanz und Schein den güldnen Sternen gleich.
So ist auch der geglückt / die ihnd Ewrer Thränen
Und Schmerzen ursach ist / der Ihr mit Herzens-Sehnen
In ihre Brust nachseht. Stillt doch die Zähren-Bach /
Last nicht mehr rege seyn das Herz-erzwungne Ach.
Ihr ist gar wol geschehn. Wornach wir alle streben /
Was unsrer Hoffnung Ziel in diesem Jammer-Leben /
Den Dampf / den Dunst / den Schein / den halb-belebten Todt /
Den Kercker voller Angst / den Schau-platz aller Noth /
Das ist schon völig ihr. Sie ist der Lust gewehret /
Die keiner Zeiten Lauff verbittert noch verzehret /
Die graue Ewigkeit ist ihrer Tugend Lohn /
Aus Gnaden zugetheilt. Nun leb in deinem Thron /
Leb / sel'ge Seele / wohl in deinen Himmels-Zinnen /
Uns Arme trifft Gefahr von aussen / Furcht von innen:
Doch warten wir der Zeit / da deines Glückes Schein /
Der dich ihnd bestrahlt / auch ganz wird unser seyn.

Dieses sekte auff
aus schuldigem Mitleiden / seinem hochgeehrtem
Herrn Ephoro / bey Beerdigung dess
sen Herzgeliebten Haußs.

Crone

M. Christianus Wolff / Pastor
Hermansdorffensium.

Ofe.

Q Felix nimirum, cui pausam, Christe, beatam
Concedis vitæ, quæ mala multa vehit.
Ah! mala multa vehit vita. Ast, cum clauditur;
ecce!

Non homo, sed tantum quod premit, emoritur.
Hæc animo vivens volvebat nostra Beata:
Mors ideò non mors, dum rapiebat, erat.
Lucrum dulce fuit. Nam molliter ossa quiescunt,
Mens & in axe Poli gaudia mille capit.

Grate & pia memoria ergò apponebat

M. Augustus Wolff/ ad SS. Triad.
Pastor Substitutus.

I.

Aglaja Mortæ denormanti supplicium
minatur.

Truces Jämbi, amara natio, improba,
Polita dente morsuumq;, & ictuum;
Acerbi aceti opora; Vatum in impios
Retorta spicla, quæ rotant ut arduus
Leo efferatum agens, & in fuga estuans!
Truces Jämbi, ubi estis, ad trabem ut nigrans
Ligetis Atam? Avara, iniqua, perdit a
Revellit Ata, quicquid uspiam est boni.

II.

Thalia ob severam Mortæ Tyrannidem stoma-
chatur.

Quid, Parca, insidias struis fugaci
Nostro curriculo ruentis anni?

Quid, discrimine non moveris ullo?
 Quid demittere Sanguinem benignum,
 Matronam placidam, venustiore[m],
 Musis pauperibus faventiore[m];
 Quam nil cultius, elegantiusve,
 Quam nil candidius, venustiusve,
 Orco te juvat, haud bonis videndam?
 Non cernis populum tenaciorem,
 Cultori Aonidum parum ferentem,
 Hunc tollat tua, Mors, caduca pestis;
 Non cernis vetulas, podagricosas,
 Attas, tabificas, cachecticas?
 Quas te persequer bidente fas sit.
 Matronam heu! placidam, elegantiore[m],
 Musarum Aonidum Choros foventem,
 Ornatam & pietate singulari
 Telis conficis, & tegis sepulchrò.

III.

Euphrosyne ob insperatam Defunctæ mortem
lamentatur.

Heu sors dira nimis! Matronam ducis ad astra?
 Qua tamen afflictis semper tulit aqua Camœnis
 Comoda? Quæ nulles vitâ tristavit in omni
 Mortales; Heu! heu! tristes lachryma! ô dolor ingens!
 Illa dies, olim Latio de sanguine creti,
 Quam miseram cladem, cadem simul atq; cruentam
 Sustinuere, dies fuit illis tristis & atra.
 Luctifera, atra mihi est, mihi erit quoq; funebris hacce,
 Hacce dies tristis, quam nunquam tristior ulla;
 Quamq; Ego cum Musis multum perpeffa dolorem

Sensit,

Seusi, dum, mea Spes, (nonne irreparabile damnum?)
Concidit, ac vitam pariter cum sanguine fudit.
Hinc dolor! hinc lachryma; mea Spes! ô luce Smaragdâ
Lucidior, cunctis fulgentior atque Peryllis,
Cunctis splendidior Carbunculis atque Pyropis:
Ah! is? ah! fugis? ah; penetrat fuga cordis abyssum!

IV.

Apollo à cordolio dehortatur.

Quòd Parcam incusas, tundis quòd Fata querelis,
Frustrâ est: obdurant: statuerunt parcere nulli
Fata, atque aeterno producere fila tenore.

Nulla salus aëo est, quamvis vel Nestoris annos
Transcendat. Cui Fata diu dant vivere, verè is
Subjectum est patiens, illumq; incommoda versant,
Donec dicatur tandem & miser ipse fuisse.

O felix igitur, qui vitam fine beato
Claudit! heu clausit defuncta hæc inclyta Conjux!
Non mortem Hæc metuit, sed totâ mente poposcit,
Et petit solvi, mox Christi ante ora reponi.

Quare admissa polo pendet de Numinis ore,
Atque exempta malis tranquillâ vescitur aurâ.

V.

Pullata Alumnorum Cohors suffragatur.

Scilicet humana hæc sors est atque unica vita
Conditio, nil quod constet in orbe diu.

Pro variis igitur studiis, pro tot benefactis,

En! damus hæc lachrymis dona rigata piis:

Myrtea ferta, decus busti ferale, Cupressum,

Vernantesq; rosas, cum dabit hora, dies:

Scribimus inq; Tuo hæc lugubria verba sepulchro:

Aeternum salve, perpetuumq; vale!

VI.
Auctor Viatorem, benivolūq; Lectorem affatur.

HEus! quisquis legis hæc, Viator, acrem

Paulū siste pedem! rogare, siste!

Matronam pietate Fata nostro

Ex orbe egregiam avocant acerba.

Quæ, dum vixit in Orbe, vixit usq;

Multū Phœbigenæ favens catervæ:

Sed nunc concidit Hoc Deus Catervæ,

Et fons Phœbigenæ aruit cohortis.

Mens verò athereâ triumphat arce,

Nec horret rabidi minas Gradivi,

Regnantis super Orbe turbulento.

Quod si nunc Pietas tibi, Lepores

Sunt cordi, exequias, amabo! solve,

Premollemq; precare arenam Amicæ.

Tantum TE volui: Vale, Viator!

(Sincerus affectus Venerationis & amoris
hæc dictabat

M. Esaiæ Güttnero, Scholæ

Annæ-mont. Con. R.

Ad mœstissimum Viduum,

Patronum & Fautorem suum permagnum.

Dum Tibi cunctivoræ rapit inclementia mortis

Quondam oculiferum & dulce malagma thori,

Inter cordivoros & cunctureos singul-tus

Collacrumans doleo, Vir venemnde, vicem.

Verūm parce Tibi; Dominus dedit, abstulit Idem

Fœminei sexus nobile depositum.

Nec tamen id periit; sed splendida Margaris inter

Cœlestis Solymæ moenia clara micat.

Apoc. 21.

v. 21.

Ultimum Vale B. Defunctæ.

Ersliebster Herr und Schatz/wischt ab die bitteren Thränen
Stellt alles Seuffzen ein. Lebt wohl mit meinen Söhnen/
Mein JESUS führet mich zur güldnen Sonnen-Stadt/
Durch reine Perlen-Thor/ da Freud kein Ende hat.

f.
ὀλοκαρδίως συμπάσχων

Georgius Schmidt / Schol.
Patr. Colleg. Tertius.

Quod prius aeterno conjunctum fœdere JHOVAH,
Ipse hominum Edeniâ sanxit in æde Sator,
Nulla creatura vis est solvendo, vel astus,
Sola dolo culpa vis stimulata necis.
O miseros homines! quos summô ut rupit ab Unô,
Nec sibi conjunctos propria noxa sinit!
Sed bene! distractum aeternus Mediator in orbem,
JESULLUS, & nostrum os, & caro nostra, venit;
Et, quod peccati & mortis lex discidit, unit,
Restituitq; hominem JHOVÆ, hominemq; homini.
Vos quoq; Conjugii, Viduûm Par nobile, vestri
Arctius in Mediâ Copula morte ligat.
Tempus erit, quando thalamis cœlestibus olim,
Quos prius aeternum junxit Edena DEUS.

f.

M. Benedictus-David Carpzovius,
Lips.

PA-

PARODIA HORATIANA.

M Atrona, heu! cecidit, quis lacrymâ ubere
Non os læve riget? Præcipe lugubres
Cantûs, Melpomene, cûi liquidam Pater
Vocem cum citharâ dedit!

Sic virtute Gravem perpetuus sopor
urget? Cui Pudor, & Justitiæ soror,
incorrupta Fides, nudaque Veritas,
quando ullam invenient parem?

Multis Illa quidem flebilis occidit:
Nulli flebilior, quàm Tibi, Vir gemens,
Sed frustra gemis, & non ita creditam,
poscis Penelopen tuam.

Quod si perpetuis os lachrymis tuum
humectes, Pie Vir, Dux gregis & sacri;
Certè non redeat Costa piissima,
Quam felici obitu DEUS
E mundô tulit in stelligeram domum,
Cœlestis socians delitiæ gregi.
Durum, sed levius sit Patientiâ.
Numen corrigere est nefas.

Deutsche übersetzung.

D Todt! du Menschen-Feind / du hast hinweg genommen
Ein hoch-belobtes Weib / das eine Kron der Frommen
Gewesen allezeit! Wer wolt befeuchten nicht
Mit Thränen mildiglich sein glattes Angesicht?

Romms

Komm doch/ Melpomene / du Melsterin zu singen!
 Komm! rühre meinen Mund / daß er igt laß erklingen
 Ein traurig Toden-Lied / dieweil der grimme Todt
 Hinweg gerasset hat ein frommes Weib! O Noth!
 O Noth! O grosse Noth! Soll diese / die auff Erden
 Ein Tugend-Spiegel war / zu Staub und Asche werden?
 Soll ihrer Seelen-Hauß dort seyn im finstern Grab /
 Vnd schlaffen biß der Herr vom Himmel kömmt herab?
 Betracht / ihr Tugenden / mit Fleiß der Menschen Leben.
 Wo wird doch seyn ein Weib / in derer Hertz ihr eben
 Könt wohnen für und für / gleich wie zu ieder Frist
 Der Selgen SEZDEN Hertz eur Sitz gewesen ist?
 Die wahre Gottesfurcht hat Sie geliebt für allen/
 Die Wahrheit / Lieb und Treu habn Ihr sehr wohlgefallen/
 Sie ist gewesen selbst / sag ich / die Frömmigkeit /
 Der Krancken Hülf und Arzt / der Armen Fröligkeit.
 Ach! diese Tugend-Kron im Sarge eingeschrencket /
 Ist in die Grabes-Grufft gar tieff hinein gesencket!
 Die schwarze Atropos hat Sie hinweg gerafft /
 Daß Sie nun in dem Grab ligt ohne Saft und Krafft!
 Wer wolte trauern nicht? Wer wolte nicht vergessen
 Viel Thränen mildiglich? Wer wolt nicht lassen schiessen /
 Für Leid und Traurigkeit / gar starck den Thränen-Bach /
 Vnd immer stimmen an das Hertz-gezwungne Ach?
 Vnd also pflegen zwar / wehmüthig zu beklagen
 Ihr viel der SEZDEN Todt: Was soll ich aber sagen
 Von Euch / O grosser Mann / O wehrter Musen-Sohn?
 Ihr klagt für grossen Leid und weint mit lautem Thon:
 Ihr seuffzt auß Hertzengrund: O daß ich noch solt haben
 Mein liebstes Ebgemahl / so wolt Ich mich recht laben!
 Ihr weinet früh und spät / daß Euch der grosse Gott
 Nun Ehelos gemacht: Ihr sagt oft: Ach der Noth!

D

Was

Was rücht Ihr aber auß? Was hilfft Euch euer Klagen /
 Ihr hochbegabter Mann? Worzu dient euer Zagen?
 Traun alles ist umbsonst: GOTT will in diesem Leben
 Euch euer Ehgemahl durchaus nicht wiedergebn.
 Wenn Ihr gleich wolt befeuchtn / und eure Wangen nezen
 Mit Thränen für und für / und euer Herze setzen
 In stete Traurigkeit / wird doch nicht wiederkehrn
 Eur Eheweib in die Welt / weil Sie auff ihr Begehren
 GOTT hat geführt darauß / und zu sich auffgenommen
 Ins schöne Sternen-Hauß / da Sie gewiß ist kommen
 Zur Außerswehltten Schaar der grossen Himmels-Freud /
 Die GOTT von Angesicht anschaut in Ewigkeit.
 Pfllegt aber dieses Leid euch groß und schwer zu scheinen /
 (Wie es dann warlich ist) daß Ihr es müßte beweinen:
 Ach! habt Gedult darben / so wird es leichte seyn /
 Und wieder folgen drauff ein lieber Sonnenschein!
 Denn GOTT kan Traurigkeit zu grosser Freude machen /
 Und sie verkehren bald in lauter freudigs Lachen:
 Wer aber nicht erkennt des Höchsten GOTTes Will /
 Und Ihm im Creuz und Leid gar nicht will halten still /
 Der thut fürwar unrecht. Dieß schreib ich nur zu Ehren
 Eurm selgen Ehgemahl / und nicht daß ich will lehren
 Euch / der Ihrs besser wist / Ihr Hochgelährter Mann /
 Als meine matte Zung dasselb außsprechen kan.

Testando affectui ac cultui s.

Christianus Schubartus.

Quid, queso, ante tuas sibi, Vir Venerande (1) Cupressus
 Vult ades? frondes quid, (1) picæque sibi?
 Frigida vitæ num pausa sequuta Maritam est?
 Fallor? an illa truci tradita falce neci est?

(1) Cupressum & Piceam domus funestæ fuisse indicia, testatur Serv. ad x.
 IV, Æn. & Plin. l. XVI. c. 10.

Ab!

20! (2) non piebējos testari hac ligna putabam,
 Luctūs! omninò tradita falce neci est.
 Ab! (3) conclamatum est! fugiens nec spiritus ullo
 Ex cælo planctu jam (3) revocandus erit.
 En! (4) Pollinctor adest, & adest bona (5) Fœmina, (4) myrrhâ
 Corpus ut ille ungat, corpus ut bacce lavet.
 Lugentem populum vadit quoque (6) Præco vocatum,
 Atq; citi exequias ite frequenter, ait.
 Tum signum luctūs cornu grave mugit adunco
 (7) Tibia, dans querulos tibia raucâ modos;
 Approperat civis: (8) demissò crine puella,
 Fœmina & (9) albenti condecorata togâ.
 (10) Tædæ incenduntur: meditatur (11) Præfica carmen,
 Et (11) fictâ lacrymas scit pietate dare.

Nunc-

-
- (2) Cupressus funestis tantum Magnorum edibus proponebatur. conf. J. Kirchn.
 in de funer. Rom. l. I. c. 14.
 (3) Conclamabant, ut vel exeuntem animam retardarent; vel in corpore ad-
 buc latitantem excitarent, v. d. Kirchn. l. I. cap. 13. & Serv. ad l. VI.
 Æneid.
 (4) Pollingebant corpora denatorum myrrhâ, &c. quem ritum fusè prosequutus
 est D. Andr. Rivinus vñ εν ἀγίοις. Disp. de Pollinctorâ, Lipsiæ 1655. habitâ.
 (5) Lotionis curam ad mulieres pertinuisse, docet Muret. var. lect. l. II. c. 19.
 (6) Ad funus indictivum Præco populum evocabat simili ferè, ut heic extat,
 formulâ. v. J. Kirchn. l. I. c. 4.
 (7) Tibiarum in omni funere erat usus. quod probat Kirchn. l. II. c. 5.
 (8) Fœminæ funus prosequerantur τὰς κόμαις λελυμέναις, quod & interdum
 faciebant viri. Plutarch. in Problem.
 (9) Color albus nota luctūs erat sexui sequiori. Herodian. in fun. Severi Imperat.
 αἱ γυναῖκες ἐθῆλας λευκὰς ἀμφουένουσαι χῆμα παρέρχουσι λυπά-
 μνον.
 (10) Mortuos faces antecedeabant, etiam postea inter diu elatos. Serv. ad l. VI.
 Æneid.
 (11) Præficæ ad Tibias funebres canebant Nenas. v. ex Nonio. J. Kirchn. & fictas
 venali quâdam misericordiâ dabant lacrymas, ut loqui amat Theol. CL.
 D. Seb. Gottfr. Starck / Disput. de Lacrymis An. 1639. Lips. habitâ.

Nuncq̄, enī exportant (12) pullati ex adibus octo
Remigiis anima funus inane viri.

Præcedunt celsis, veteri de more, feretris.

(13) Majorum vultus & simulacra Patrum.
Videris attonitum tam tristi morte Maritum

Pallida (8) projecta flere per ora comâ,
Non tamen insolabiliter, sed more modòque

Quò divina pios (14) regula flere jubet.
Hunc comitata cohors clarorum limine prodit

Natorum, sequitur cætera turba comes.
Funduntur lacrymæ ritu nivis, imbre coorto,

Cunctorum videas incaluisse togas.
Canitiem immundo per fucam hic (15) pulvere fædat,

Atque (16) genas rigidis unguibus ille secat.
Hæc clarò attonitos plangit plangore (17) lacertos,

Nec pudet hanc ruptis exululare (18) comis.
Devenere forum, pro (19) rostris atq; feretrum, ut

Maçtetur fatò carmine functa, locant.

Sur.

(12) Coloris nigri erant Lugubria, quæ lugentes sumebant. Macrobius. l. III. Saturn. c. 15. de Crasso ait, quod Murenam in piscinâ mortuam atratus, tanquam filiam, luxerit.

(13) Imagines paterna maternaq; gentis in lectis collocata præferebantur mortuo. v. Kirchm. in Defun. Rom. l. II. c. 7. (14) i. Theff. IV. v. 13.

(15) Lugentes pulveris aspergine capillitium solebant sordidare, quod docet Virg. l. X. & XII. Æn. & Electra apud Eurip. quæ νόμῶν πινάγῶν ob mortem Patris habebat.

(16) Naso lugere jubens volucres, ob Psittaci mortem; morem hunc etiam attigit dicendo: Et rigido teneras ungue notate genas. l. III. Eleg. 5.

(17) Hoc citatus Ovid. de Thysbe dicit, cum Pyramum propriò confossum gladio vidisset, l. IV. metam. fab. 4. Quæ ἑρπυστοπία erat ingentis lætus signum.

(18) Lugentes, præcipuè fœmina, comas lacerabant evellebantq; Cic. l. III. Tuscul. Quest.

(19) Funera per forum ducebantur; proq; rostris collocata laudabantur, quod probat sæpè laudatus, J. Kirchm. l. II. c. 18.

*Surgit non imâ quidam de plebe, disertâ,
 Verbaq; non tacitè talia voce refert:*
*O Gemebunda dies, atrog; notanda lapillo,
 Hæc quâ supremum clausit in orbe diem.*
*Quâ, prob! SEIDELIA, prob! prob! moriuntur in unâ
 Stirps, Pietas, Virtus, Spes animosa, Fides.*
*Spes, Pietas, Virtus, viridis, laudabilis, ampla,
 Mox, miserè, properè, corruiit, alget, obit.*
*Nulla tamen periit; sed jam super astra perennis
 Ora Dei Phæbo splendidiora videt.*
*Dixerat: Hi pergunt, ac progrediuntur in illa,
 Qua fert ad tumuli concava panda, viâ,
 Ossaq; Denatæ terris & pondere duri
 Marmoris in cineres mox abitura tegunt.*
*Manibus heic supremus honor. (20) dant carmina Muse.
 Dat de (21) vite Pales: (22) Lilia Flora dab. et.*
*Dant omnes (22) apium atq; (22) Amaranthum: frigida saxa
 Multa (22) corona, (23) Rosæ, (22) flos violæq; tegunt.*
*Præfica, transactis bis, (24) Illicet ingeminando
 Altâ quemq; domum voce redire jubet.*
*Tùm ter lustrali se quilibet (25) abluit undâ, &
 Hos abiens fundit voce gemente sonos:*

Æter-

(20) Donan talia mortuis ferebantur. Ex Nemesian. Ecl. 1.

(21) Rogi vino respergi soliti. Kirchm. l. III. c. 7. & l. IV. c. 2.

(22) Floribus his, interdum vagis, interdum etiam in coronam coactis ornabantur tumuli, etiam Christianorum.

(23) Jöb. Passeratius in Rosâ: Manibus est imis Rosa grata, & grata sepulcris.

(24) Præficâ Illicet dicente, quisque parabat domuitionem, consule. Serv. ad l. VI. Æneid.

(25) Lugubri hoc officio nullus discedebat, nisi ter lustratus aquâ ob contractam à funere pollutionem. Videtur huc respexisse Maro de exsequiis Miseni loquens: Idem ter socios purâ circumtulit undâ & c.

Æternum salve, Matrona piissima, (26) Salve!
Æternumq; (26) vale! (27) Sic tibi terra levis!
Æternum placidâ compôsta in (28) pace quiescas,
Subq; levi (29) cippo molliter ossa cubent.

(26) Salve & Vale compositis solebant inclamare, non quod valere & salvi esse possint, sed quod ab eis recedimus, eos nunquam heic visuri. Serv. ad l. XI. Æneid.

(27) Non tantum Romani, sed & Græci denatis & sepultis terram levem precabantur. Eurip. κὺ Φησὶ τοῖς θῶν ἐπὶ αἰῶν πένθοι γύναϊ. cur. vid. sepè citatum Kirch. l. III. c. 9.

(28) Et hoc votò sepultos olim persequebantur, unde nota hæ, veterum monumentis incise H. R. I. P. rectè explicuntur per: Hic Requiescat in Pace.

(29) Pers. Sat. I.

Sonnet.

Die fromme SEZDEZM/ein wahres Tugend-
Bildt /

Hat nun/was Irdisch ist/in dieser Welt verlassen/
Und ist gewandelt hin auff enger Himmels-Strassen/
Wo nichts nicht wandelbahr. Ihr offnes Ohre fülle
Der Sânger froher Thon: Ihr vorig Weinen stillt
Der / dessen Vater-Arm begierig sie umbfassen.

Nun fürchtet sie nicht mehr der Neider arges Hassen/
Sie fraget nichts darnach ob Satan grimmig brülle.
Wohl nun! Wohl/ sag ich/dem / Dem so / wie dieser
Frauen /

Erläubet wird zu gehn in die Elyser-Auen.

Sie sturb nicht / Sie entschlieff. Die Seele wurde
hin

Auff

Auff jenes theuren Manns schön-ausgeputzten Wagen/
Von grosser Engel-meng zum Abraham getragen.

Drumb/wohl dem/der so stirbt wie unsre **SEZDE**
EM.

Annò, quò hòc tristissimò confusos casu alloquimur:

La Cry Mas sV spendite!

Höret Doch aVf Mit Klagen.

Hæc tenuia

B. M. P.

ἐκ βαθείας ψυχῆς συλλυπημένος

**Johannes Weiße/SS. Theologiae
licans,**

α. ε. ω.

CHRISTUS!

Mitte, Patrone, tuum luctum, moderare dolorem,
Costa tua in Coelis gaudia mille capit.

Gaudia non Mundi sunt gaudia, gaudia cœli
Sunt nobis, cœli gaudia mille fluunt.

Fam ridet Mundi curas, vanosq; labores,
Morbos, ε mortem, ε quicquid in orbe mali.

Fatum ergò ε factum lauda, Reverende Patrone,
Quodq; DEO placuit, non Tibi displiceat.

Warga.

Margaretha/

Des Hoch Wohl Ehrwürdigen und Hochgelahrten

Herrn GEORGII SEIDELII,

Theol. Licentiati, Treu fleißigen Pfarrers und Super-
intendents der Christen Gemein zu St. Annabergk /

Herzallerliebste

Gauß - Frau /

Schläfft nunmehr in GOTTES Hand.

Durch Buchstäbliche Versezung in ein
Gespräch gestellt.

Er. Ihr meine Zier / wohin ?

Sie. In das Paradeis.

Er. GOTT verschaffet / das Ihr wollet
Besser dort in süßen Freuden;
Angst-geschrey allhier erschallet/
Todes-Pfeile bringen Leiden.

Sie. Trauret nicht / fast guten Muth/
Ihr erlanget auch das Guth.

Er. Gnug zu Lohn
Meiner Krohn.

Dieses Eilfertige übergab seinem höchst
betrübtten Patron

Johann Büchel.



A & Q.

PYRAMIS

HONORI & MEMORIE

Beatè defunctæ SEIDELIÆ,

ejusque MARITO & FILIIS,

In debita observantia signum, officiosè erecta Lipsia,

Anno M DC LVII.

1.

Margaretha Seidelin / Geborene
Romantusin.

Durch versetzung der Buchstaben:

Sie lebet ja nun immerdar gaar ohne Sorgen.



Was ist gemeiners in der Welt /
Als Kummer / Sorge / Müh und Noth ?
Wohl dem / der Sie / und all ihr Geldt /
Gesegnet frölich durch den Todt /
Gleich wie die werthe SEIDELIN /
Die nun auß allem Ungemach :

E

Sie



Sie hat den reichen Lust, Gewinn
Erlangt / und lebt ohn Weh und Ach.
Sie lebet ja nun immerdar
Saar ohne Sorgen an dem Ort /
Woselbst das rechte Jubel-Zahr
Man heylig feyret fort und fort.
O wohl Ihr nun in Ewigkeit!
Wohl Ihr / dieweil sie hat erlangt /
Was höchst erfreuet allezeit /
Und wernach uns auch stets verlangt.

II.

Georgius Seidelius, Sacro-sanctæ
Theologiæ Licentiatus.

Sile! et in hac angustia^{Αναγ.} Jesus è coelo suggeret cordi
solatia.

✠ * * * ✠

TU, VIR Magne, * sile! nam & in hac angustia Jësus
Suggeret è Cælo *tristi* solatia cordi;
Auxilium ut latus possis celebrare supernum.

* Esa. 30, 15.

III.

Georgius Seidelius, Sanctæ Theo-
logiæ Licentiatus.

Ανα-

Avayę.

In suggesto DEI à Sole Jesu scintillat; augeat heroicè!



IN Superattento, Monti qui præfidet Anna,
SEIDELIO, priscos equiparante Viros;
Concordant Pietas, Probitas, quin mellea planè
Peitho, & doctrina nobilitioris apex.
Hinc in suggesto Dei, Jesu à Sole, relucens
Scintillat vivâ, stella corusca, face.
Faxit Cunctipotens heroicè ut augeat usq;
Pastor oves, Christo quas probat alma fides:
Augeat hic laudem divini Nominis: agmen
Augeat, ad Cœlum cui via recta placet,
Et cum mortales nobiscum expleverit annos,
Auctus & ipse bonis cœlica regna petat!

IV.

Georgius Bütnerus, Lipsiensis.

Avayę.

Viregregius es, plus nites bonis.



EGregius, BÜTNERE, Vir es, ductore Jehovâ;
Inde bonis animi plus quoq; ubiq; nites.

V. Phi-

Ze 4896 v.

Philippus-Alexius Büttener, Viduæ
Electoralis Saxonicæ Secretarius
intimus.

Αναγε.

Viri Pietas sincera est, Cor ejus sim-
plex extat Jesu; hinc beatur, pol-
lens vivâ laude.


✠ * * * ✠

E St sincera Viri Pietas, ac extat Jesu
Ejus cor * simplex simplicitate piâ.
Hinc vivâ pollens in terris laude beatur;
In Coelis laudis gloria major erit.

* Matth. X.
v. 16

M. JOHANNE Brenzeli.





Ze 4895

PROGRESSUS

METICA

ædes

VIRI

plisimi atq; Excellentissimi

II SEIDELII,

næberg, Pastoris, vicinarumq;

it meritissimi, ita vigilan-

mi, &c.
r Obitu

virtutum laude ornata

TRONÆ

E ROMANIÆ,

ctenus dilectissimæ, nunc

ratisimæ;

ecemb. An. MDC LVI.

manis exempta;

recta

ab

AUTORIBUSQUE

παθσiv.



QVIRINI BAVCHI.